Quaeres 3. Si conscientia erronea aliquid prohibeat ita confuse et generice, ut non distinguat an illud committere sit peccatum mortale vel veniale, qualiter talis peccaret mortaliter vel venialiter, si ageret in tali errore? R. hoc resolvere esse maximi momenti, ut alia res clarius eveniat siquidem conscientia, hanc conscientiam plerumque inveniri in hominibus rudibus, qui norunt laborare die festo, turpia loqui, non attendentes an peccent mortaliter vel venialiter, in quo re certe. tales peccare mortaliter, si ipsis suboriatur aliquod dubium, an venialiter an mortaliter peccent, nam in hoc animi dispositione tenentur dubium deponere: quia cum dubio practico non possunt operari: si vero nullum adsit dubium, tunc Valentia, Navarrus, Salas volunt tales tantum venialiter peccare, quod ut probabile etiam admittit Castropalao: ratio bona est haec, quia voluntas amplectens malum in communi, non amplectitur malum peccato veniali maius; atqui malum in communi non amplectitur est indifferens ad peccatum mortale et veniale verum ex hac ratione neutro modo peccaret; nam si malum non amplectitur indifferens ad mortale vel veniale, si maius adeoque mortale directo quando erit indifferens si tum dixeris esse minus mortali, dicendum ergo quod tales probabilius peccent mortaliter etsi nullum suboriatur dubium. Ita censent Castropalao, Sanchez, Vasquez, Layman, Bonacina, Babenstuber etc. 2-75.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII66/0243
gefördert durch Baden-Württemberg